

tibus proprietatibus cognoscetur. Nam quia Luna ad plus .4. primorum an-
 norum infantis dispositioni dominatur, quod numero per quem quatuor primos
 annos intelligimus, assimilantur, infans sui corporis teneritudine & infir-
 mitudine festinumque clementem suscipit, cuius etiam maior & frequentior est a-
 quosa cibatio eiusdemque formae leuis alteratio, necnon ipsius anima debilis imp-
 perfectaque tenetur, secundum quod ex his quod propter opificem infantis animae parte
 accidit conueniens est, & quoniam secundus planeta quod Mercurius appellatur dominus existat,
 dispositionis. 10. annorum frequentium, quod & pueritiae sunt, & secundus noianus propter
 hoc inquam quod numeri medietatis. 20. annorum ipse dominus est, infra hoc annorum spa-
 tium, effectum intellectus & ratiocinationis animae manifestum, puer ingreditur ue-
 lut si quasi eruditionis plura et qualitatium animae radices in eo plantaretur. In his etiam
 annis ex eorum quae aptantur proprietatibus castigatio, necnon & doctrina splendescit
 & ad primi exercitii modos expergefactus insurgit. ¶ At quae dispositio sub-
 sequentium annorum. 8. quod & adolescentiae sunt & tertius noianus, Venus dominando
 praesidet, & quod numero annorum eius propriae circūuolutionis aequatur motus decur-
 sus spermatis, eiusque multitudinis adunatio sumit initium, & ad actum usque
 uenereos adolescens ipse mouet. Hoc autem tempus esse dicimus, in quo animae quasi ho-
 lismi similitudinem sortiuntur & uix minimam abstinentiae portionem tangentes ad
 plurimumque cupidinis impetum in omnibus ex rebus Veneris contingere possibili-
 bus peruenientes tempestuosam luxuriam deceptionem mentisque caecitatem in optatis
 omnibus incurrunt. Et quae Sol medialis sphaerae dominator, dispositioni annorum, un-
 de 20. quod quarto loco notati & ordine sunt medii & iuuentuti deputati pre-
 se dicitur, in operibus potentiae & in fructuosa dispositione uitae, necnon eius-
 dem directione sollicitudine iuuenilem habere animam sancimus, & ex qualitatibus
 derisorijs ludicris et deceptilibus ad animae salutem pudorisque conseruationem
 & honoris affectum, eam adulterari dicimus. Post Sole autem quae Mars, 5. annis
 5. loco constitutus dominatur, quod sunt anni roboris atque uigoris & numero propriae
 rotationis ipsius aequatur, uitae grauitas ac impedimentum & aduersitas incu-
 bunt, animae uero cum corporibus anxietates & impedimenta sustinent, & corporis
 declinatio ferè sentitur et intelligitur, operabitur etiam homo gradia unde sibi sum-
 mus labor eueniet, quare explicationem animae suae mortis accessum expetit, deiceps
 autem Ioui, sexti loci senem uedicati senectutis annos, 2. suae propriae circūrotati-
 oni aequales assignamus, in quibus homo ab operibus corporis et laboriosis nec-
 non, et ab anxietate manuum retrahit, animamque suam deinde periculo non comit-
 tat, pro quibus omnibus sanum mentis habitum induens bonae conseruationi studebit, et pro sua
 magnanimitate turpia negligens in omnibus rebus desiderando prouidet, necnon ser-
 mocinator et consolator habebit. In hoc etiam tempore circa libertatem et honorificen-
 tiam bonamque famam cum pudore et reuerentia maxime sollicitabitur. Post hos autem an-
 ni Saturni uelut in extremo positi quod sunt senem, nec animae uitalis loci agressum
 terminati ordinati eueniunt. Hos frigidior corporisque motus, grauedo dele-
 ctationis et appetitus diminutio, necnon et naturae festina declinatio commuta-
 tur. Haec autem qualitas uitam hominis exuit, impedimentum et tristitiam modicamque
 rerum sustentationem propter suorum motuum debilitatem imprimat. Haec sunt igitur quae
 litatum temporum proprietates, quae secundum generales res naturae apparerent, particula-
 res uero temporum proprietates, quoniam non nisi ex natiuitatis proprietatibus obseruare
 debemus